





ca 1630/30

*M.*

1630/11

12

DISPUTATIO  
*De*  
**GRADIBUS**  
**COGNATIONUM,**  
*Sive*  
**ARBORE CONSANGVINITATIS**  
 &  
**AFFINITATIS**

*Quam*  
**JESU BENIGNO DUCE**  
*In illustri Lipsiensium Academia,*

Consensu & approbatione laudatissimæ Fa-  
 cultatis Juridicæ, Magnifici Dn. FRANCISCI RO-  
 MANI, Jcti & Ordinarij, Senioris, & reliquorum  
 Doctorum & Assessorum dignissimorum.

2 1/2

*PRÆSIDE,*

Dn. JACOBO BLUMELIO, Lipsiensi,  
 Philosophiæ & J. U. D.

*Publicè,*

*Examinandam proponit*

M. SIXTUS WILHELMUS ROMANUS,  
 Numburgensis.

*Ad diem 8. Martij hora 7. mat. & seqq. in Acroa-  
 terio Jureconsultorum.*

*L I P S I Æ,*

Typis Bavaricis, excudebat Andreas Oswaldus.

21.



V I R O

*Admodum Magnifico, Avito nominatissimi  
stemmatis splendore eminentissimo, strenuissimo,  
omnisq; præclarioris literatura scientia  
spectatissimo:*

**Dn. BERNHARDO à PÖLNITZ,**  
**Dn. Hæreditario in Gosick / Schwarzbach /  
Mönchberndorff / Lindenkreutz / Rentendorff /  
Newensorga & Zinna/etc.**

U T E T

*Amplissimo, Consultissimo, Clarissimo, rerumq; po-  
liticarum usu instructissimo Viro,*

**Dn. LUDOVICO VVILHELMO MOSERO,**  
**Jcto celeberrimo.**

*Isti: Serenissimi ac Illustrissimi Principis ac Domini,  
Dn. JOHANNIS GEORGII, Electoris Saxon. &c. Dn. nostri cle-  
mentissimi, Consiliario primario & Cancellario dignissimo;  
Huic: Secretario intimo atq; fidiissimo.*

**Dominis, Mœcenatibus & Evergetis meis MAGNIS, exqui-  
sitæ reverentiæ & obsequii cultu æviternum comple-  
ctendis.**

*In Observantiæ officiosissima monumentum*

*Favoris sanctè demerendi aucupium.*

*Me meaq; studia summissè commendans.*

*D. D.*

**Sixtus Wilhelmus, Wilhelmi Romani  
Medici, Filius, Respondens.**



## THESIS I.



Um graduum cognationis dinumeratio in Testamentis (1) hæreditatibus ab intestato venientibus (2) bonorum possessionibus (3) legatis & fideicommissis (4) jurisdictionibus (5) satisfactionibus (6) postulationibus (7) Tutelis (8) & curis (9) retractibus (10) Emphyteuticis contractibus (11) matrimoniis (12) Delictis (13) Utensilibus (14) rebus expeditoriis (15) aliisque causarum figuris insignes utilitates habeat (16) earum intuitu hanc materiam certis thematibus includere, curæ præteritum ducimus.

(1) § sed neq. 7. Inst. de test. ord. (2) tex. in l. fin. ibi: Quia ll. hæreditates &c. ff. de grad. & adf. Ratio quia ordine defertur hæreditas l. in 70. ff. de adqr. her. & quidem proximiori tex. in l. fin. in pr. ff. de gr. junct. Nov. 118. (3) tex. in l. 1. §. grad. 5. & l. oct. 9. ff. unde cog. pr. Inst. de succ. cog. (4) propter l. pet. 69. §. frat. 3. ff. de leg. 2. (5) l. qui jurisd. 10. ff. de jurisd. l. lex Cor. 5. in pr. ff. de inj. cap. post. 36. ext. de appell. (6) l. fidejuss. 2. §. prat. 2. ff. qui satisf. cog. (7) tex. in l. hunc 1. §. ult. junct. l. cui 3. §. adf. 1. & seq. ff. de post. l. exig. 12. C. de procur. (8) d. l. fin. ff. de grad. §. fin. Inst. de cap. dim. (9) §. item 3. Inst. de Cur. (10) teste Gæddeo lib. 1. Cons. Marp. cons. 27. n. 224.



*Tiraq. de utroq; retractu §. is est & censerit debet 14. pag. 419. (11) de quibus Fas. in l. 1. 2. 3. C. de jure Emphiteut. (12) Can. ad sedem. c. 35. quest 5. c. non debet. 8. ext. de consang. §. ergo nos omnes 1. Inst. de nupt. l. nemini 17. C. de nupt. Lev. c. 18. & 20. & 1. Cor. 5. (13) vide Bocer. clas. 3. disp. 17. thes. 32. Peregrin. l. 5. de jure Fisci. Farin. l. 1. in. pr. crim. 2 quest. 3. & quest. 12. n. 53. (14) Landrecht lib. 1. art. 22. & 27. Ratio quia filia non jure hæreditario, ut filia, sed jure peculiari ut proxima cognata, ex legis magis quàm hominis dispositione ea capit. (15) d. l. 1. art. 19. 22. & 27. in quibus masculi tamen succedunt d. art. 2. ubi etiam recensentur, quæ ad eas pertinent. Weichbildt art. 25. Col. decis. 60. n. 50. & 51. (16) de quibus Coscius super. Arb. consang. & adf. in prim. quest. pr. part. Schur. de Grad. lo. 10. & alii.*

## II.

Quia verò Cognationis vocabulum aliàs est *πολυσημων*, ideò hîc necessitudinem sanguinis denotat.

(1) Quandoq; enim universalem cognationem, quam natura inter nos homines constituit, significat *l. ut vim ff. de just. jur.* (2) cognationem spirituales, quæ inter patrinum & personam baptisatam ejusq; parentes contrahitur *tex. in caus. 30. quest. 4. t. t. ext. & in 6. de cog. spir. vide Host. in summ. tit. de cog. spir.* (3) legalem *tex. in l. non fac. 4. §. cognat. 2. ff. de grad.* (4) *t. t. Inst. de grad. cog. & t. t. ff. de grad. & adf. caus. 36. quest. 1. & 2. t. t. ext. & in Clement. de cons.* Unde cognati q. cum nati, s. unà nati, vel ab eodem orti dicuntur *tex. in d. l. non 4. §. 1. d. t. tex. in l. hæc 1. §. cog. ibi: Q. commune nascendi initium habuerint ff. unde cog.*

III. Sa-

### III.

Solet insuper hæc Cognatio etiam consanguinitas

(1) conjunctio (2) proximitas (3) & Necessitudo vocari.  
(4)

(1) Tùm in jure Canonico *tex. in cap. 35. quest. 4. & in Clem. de consang.* Tùm in jure Cæsareo *tex. in l. consang. 3. C. de leg. hered.* Hinc q. sanguinis unitas *l. intest. 1. §. consang. 10. ff. de suis & leg.* dicitur, *junct. glos. ad c. un. de nat. succes. feud.* (2) *§. ff. a. 1. Inst. de leg. ag. tu. l. 1. ff. de leg. tut.* (3) *tex. in l. fideicom. 3. §. nonnunquam 2. ff. de usur.* (4) *tex. in l. fin. §. nomen Cognat. ff. h. r.*

### IV.

Et describi potest Cognatio, quod sit: Necessitudo

(1) certarum personarum (2) quæ ab eodem stipite communi (3) proveniunt, & vel naturali (4) vel civili (5) vel utroq; conjunctæ sunt. (6)

(1) *Argumento d. l. 4. §. 1. ff. h. r. & l. hac 1. ff. unde cog. l. 1. §. consangin. 10. ff. de suis & leg. d. l. Felus 10. §. 1. d. t.* (2) cuiuscunq; sint lineæ vel gradus *l. serv. 3. §. adm. ff. h. r.* (3) *tex. in l. stemm. 9. ff. h. r.* (4) sive carnali *d. l. 4. §. cog. 2. & l. fin. §. cog. 2. §. 1. Inst. de suc. cog.* (5) sive legitima *d. l. 4. §. 2. h. r. tex. in l. qui 33. ff. de adop. §. pen. Inst. de grad. quæ juris fictione ex æquitate argumento l. deniq. 19. ff. de cap. & post. ra. inducitur & veritati in possibilibus per naturam test. gl. in l. Gall. §. si ejus ff. de lib. & posth. veluti in adoptione l. si paterf. 15. §. fin. & l. si q. ff. de adopt. æquiparatur l. si is 15. ff. de usuc.* (6) *d. l. 4. ibi.* Utroq; jure: *ff. de grad. quæ tamen species commodè ad cognationem in specie dictam, & agnationem dividi possunt d. l. fin. §. cog. h. r.* Ita tamen ut illa concernat personas sexus foeminini, quos Saxo

Spielwagen teste Rotschus in tr. von der Wittgiffi / hæc  
personales virilis sexus §. ff. a. Inst. de leg. ag. tut. quos Sa-  
xo Schwerdmagen / Schn. ad t. Inst. de leg. ag. suc. n. 8. teste,  
vocat. Unde vulgò idem nomen familiæ, eademq; insi-  
gnia habere dicuntur, die eines Namens / Geschlechtes /  
Schiltes vnd Helms seyn. Fas. ad. l. Gall. 29. §. nunc n. 9. ff. de  
lib. & posth.

V.

Cæterùm cum Cognatio in lineas & Gradus di-  
stinguntur: Ideo definitionem Lineæ ponimus hanc:  
Quod sit (1) series cognatorū (2) qua personæ quomodo  
se invicem sequantur in Cognatione demonstratur. (3)

(1) Cujus dictio i. filium, quo opifices ad signan-  
dam materiam, quæ ex lino fit, denotât *tex. in l. inter eos*  
*29. ff. de acq. rerum dom.* (2) margaritas *tex. in l. lineam 26.*  
*ff. ad L. Falc. de quibus Först. l. 3. de success. c. 6. n. 1. Plura com-*  
*memorat, & inter alia Cleopatrx unionem pretiosam*  
*aceto absorptam, refert (3) Covarr. in Epit. l. 4. decret.*  
*part. 2. c. 6. §. 6. n. 4. Först. d. t.*

VI.

Eaq; dividitur in Rectam (1) quæ iterum dicitur  
vel superior (2) vel inferior (3) & transversalem. (4)

(1) *d. l. i. in pr. Inst. h. t. l. 1. ff. d. grad. l. fin. ff. de Ritu nup.*  
(2) in qua sunt Pater: mater. Avus: Avia, Abavus Aba-  
via, Atavus Atavia, Tritavus Tritavia, & sic deinceps  
*usq; ad Tritavum*, ultra quos reliqui dicuntur Majores *d.*  
*l. fin. §. par. 7. ff. h. t.* (3) in qua collocantur Filius, filia: Nepos,  
neptis, Pronepos proneptis, Abnepos abneptis, atnepos  
atneptis, Trinepos trineptis, & ultiores qui & sic deinceps

ceps



ceps usq; ad Trinepotem trineptem, ultra quos vel quas reli-  
qui vocantur Posteriores *d. l. fin. vers. parent. tamen h. t.*  
quamvis etsi quandoq; Liberorum appellatione conti-  
nētur, *l. liber. ubi Gæd. d. V. (4)* sive obliquam *d. l. fin. ff. d. R.*  
*N.* quæ significat eos, qui non à se invicem descendunt,  
licet comūnem stipitē habeant, continet, *pr. Inst. h. t.* pro-  
ut sunt vel frater & soror, & qui quæ ex his nascuntur, *de*  
*quibus Schur. d. grad. cog. & aff. l. s. (5)* Ad quā etiā Linea æ-  
qualis & inæqualis *de qua & Dd. in Inst. hujus t. videantur*  
referri potest.

## VII.

Gradus posito in jure Utroq; cū variè accipiatur  
(1) & à gradiendo derivetur (2) nihil est aliud quàm tran-  
situs à proximo (3) in proximum cognatum. (4)

(1) Jure enim Pontificio (1) ordinem *tex in can. 1.*  
& *can. in sing. grad. ibi:* ut ad Ordines ecclesiasticos. *dist.*  
*77. tex. in can. sic. 48. in verbis:* Quoniam apud DEUM non  
gradus elegantia, sed vitæ melioris actio comprobatur  
*caus. 33. quæst. 4.* Ut & (2) generationem *tex. in c. ad sed. 35.*  
*q. 5.* denotat: Jure verò Justiniano nonnunquam locum,  
veluti in substitutionibus *tex. in l. 1. & in l. qui lib. 8. §. ult.*  
*ff. de V. & R. S. l. Luc. 78. ff. ad Trebell.* (2) sæpius statum, ho-  
norem & dignitatem *l. desertorum 3. §. pæn. ibi: gradus de-*  
*jectio ff. de re mil. junct. l. cap. 38. ff. de pæn. & l. & qui 3. §.*  
*munus 14. ff. de Mun.* Hinc alias gradus sunt per quos ad  
altiora ascendimus & descendimus argumento *l. fin. §.*  
*10. ff. h. t. Unde & à Bl. ascensus vel descensus in c. 1. tex. de*  
*jud. vocatur. (2) gl. in verb. grad. c. un. §. & quia de his qui*  
*qui*

qui feud. dar. possunt. (3) Unde Gradatim fieri dicitur, quod certo ordine ab uno procedit ad alium, *tex. in l. ut grad. ff. d. mun. & hon.* (4) Metaphora à scalis desumpta *l. fin. §. grad. ff. h. t. & c. fin. junct. c. 3. ext. h. t. Sch. de cons. & aff. l. 5.*

### VIII.

Unde graduum Cognationis supputatio est numeratio, quàm latè à se invicem in consanguinitate distent personæ.

*d. l. fin. §. nam quot. 9. ff. h. t.* Hinc si in linea recta scire cupio, quoto gradu pronepos contingat patrè, ab ejus persona de cujus cognatione quæritur *d. l. fin. §. 9. in principio*, & de una persona generata transeo ad proximum videlicet à pronepote ad nepotem, ab hoc ad filiũ, à filio ad patrem: si verò in linea obliqua de alicuius cognatione quæstio oritur, procedendum est ad communem stipitem qui à *Joach. Host. in sum. §. qualiter arbor*, Protheus, propter diversos respectus, quos habet cellula vacua ad diversas personas in arbore, *Johan. And. de cons. & adf. Truncus tex. in c. ad sed. 35. q. 5. Cellula vacua. Tex. de grad. cog. q. 12. n. 4.* Sæpius etiam per pronomen EGO describitur, aliisq; modis appellatur. *Tex. teste d. l. atq; inde ad personam alteram, de qua quæritur trans eundum d. l. fin. v. patrius major ff. h. t. Sch. d. tra. l. 7. reg. 1. & 2.*

### IX.

Ardua & difficilis hîc exurgit quæstio: Num in generali computatione, is de cujus cognatione quæritur,  
five

sive Protheus vulgò dictus omitti possit? Et quamvis à Lorientto affirmativa speciosis argumentis defendatur (1) attamen Negativa nobis placet.

(1) *tex. in l. Ictus 10. §. nam quot. ibi*, ab eo incipiendum est, de cuius cognatione quæritur, proinde aliquis ponendus est, de cuius conjunctione supputatio instituitur, neq; refert, an is ex inferioribus vel superioribus vel transversis gradibus sit *ff. h. t.* (2) Ratio quia Ictus Paulus duodecies utitur hoc termino, is, ipse, ille, ejus, de cuius conjunctione quæritur *d. l. fin. vers. patru magni filius. & vers. in his personis*, proinde aliquem præsupponit, tanquam principium numerationis, ad primum enim gradum constituendum tale principium requiritur *gl. in §. 1. In. eo.* (3) quia linea perpendicularis dividitur in superiorem & inferiorem *d. l. 9. & Ict. 10. §. prim. 12. ff. h. t.* Necessè igitur erit, ut sit aliquid per quod separatio fiat, cumq; pater in superiore, filius de inferiore linea sit *d. l. 1. in pr. & §. 1. d. l. fin.* neuter medium illud constituere poterit, aliàs separans & separatum confunderentur (4) quia quælibet relatio gradum teste Lorientto *in l. 1. ff. h. t.* facit, proinde si debet esse aut numerari plures gradus, necesse est ut sint plures relationes, si autem solùm fiat patris relatio ad filium, erit unus gradus, similiter filij ad patrem unus. Quapropter, si plures numerari debent, constituendus est is de cuius cognatione quæritur (5) quia opinio horum Dd. calculo recepta est retinenda: *tex. in l. 1. §. eod. ibi.* & ait sextus, *ff. ad Syll. tex. in l. nam 39. §. Sistic. ibi:* & hoc jure utimur *ff. de stat. hom. Dd. in l. fin. ff. de pæn. Jud. qui mal. jud.* Atqui hæc talis d. ll. & rationibus. E.

B

X. Ut

## X.

Ut autem hæc graduum computatio eò melius cognosceretur, ea figura arboris exposita (1) ab Imperatore (2) nostrisq; oculis subiecta (3) pro authentica (4) ac necessaria habita (5) fuit.

(1) *tex. in ca. ad sed. ibi.* in pictura arboris continetur, 35. qu. 5. huiusq; & consanguinitatis & adfinitatis comunis figura extrat in decreto & decretalibus in 6. & *Inst.* (2) respectu ordinis, modi & formæ *dict. §. fin. Inst. h. t.* (3) ut enim ocularis inspectio est certissimum testimonium *l. 3. §. 1. v. tu magis scire ff. de test. l. 1. in pr ff. de vent. insp. l. compar. §. omnes C. de fide instrum. Curt. con. 70. n. 18.* & eò facilius juvenes expræscriptis perfectissimam graduum doctrinam adipiscuntur *secundum §. fin. Inst. de grad.* Ita etiam per delineationem Arboris depictæ homines facilius, quo quiq; alteri sit ordine conjunctus, cognoscunt, proinde utilis visa fuit majoribus, ejus gradus & consanguinitatis attinentias oculorum inspectioni subiicere, cum & agrorum mensuratio & limitatio *l. 3. ff. fin. reg. Injuriam atrocis l. 3. ff. d. feris ventris inspectio l. 3. ff. de vent. insp.* ut & Evnuchi sectio, *Host. test. ad t. de consang. & adf. n. 13.* oculis subiiciatur (4) *tex. in d. §. fin. Inst. d. t. tex. in c. fin. & d. c. ad sed. ibi.* qui in pictura prædictæ arboris continetur, ubi ille *tex.* sapius facit mentionem de hac arbore consanguinitatis, proinde sequitur quod sit authentica, cui (2) accedit quod quando lex vel canon facit mentionem de aliquo libro, is reputatur authenticus, etiamsi ipse liber antiquus non ostendatur *gl. in verb. pontificali §. subseq. de Jurej. gl. in vers. act. c. 1. de rebus Eccl. non al. l. 6. Br. in c. admon. junct. gl. in v. const. ff. d.*

ff. d. Jurej. consequenter agitur ad causarū decisiones al-  
legabilis d. Clem. un. gl. ibiq. in v. Pontifical. de Jurejur. Jure  
igitur ejus explicatio ex decreto Electoris singulis annis  
in hac Academia suscipitur, & quia per multos annos  
observata, est instar juris scripti attendenda *argu-  
mento l. sed ea ff. de ll.* Accedente quod secundum eam  
in Dicasteriis, Facultatibus & Scabinatibus causarū con-  
troversia decidantur (s) d. §. fin. ibi: Necessarium duxi-  
mus *Inst. d. t. Tex. quest. 4. n. 8. d. t. de grad. cog.*

### XI.

Certas quoq; nobis respectu juris Civilis & respec-  
tu juris Canonici excogitarunt Dd. regulas. Inter alias  
igitur de jure Civ. hæc dari potest unica: **Quot sunt  
generationes inter personas, de quarum  
conjunctione quæritur, tot sunt gradus.**

Eaq; probatur ex §. *hæc. 7. Inst. h. t. tex. in l. fin. §. 9. v.  
simili.* & rectè, fundatur siquidem in natura, Ex naturali  
igitur opere desumenda; nec absq; ratione excogitatur;  
Gradus enim ad vicinum relatus unam generationem,  
veluti à patre ad filium, atq; sic unum gradum nobis  
repræsentat, obtinetq; hæc R. locum etiam in linea ob-  
liqua, modò in ea assumatur communis stipes *l. fin. §. 16.  
vers. Ideo d. l. 1. v. ts. test. Dd. in d. §. 7.*

### XII.

Quia verò jam dicta Regula in hæreditatibus (1) ut  
& aliis civilibus causis procedit, duæ difficiles quidem  
sed elegantes hîc oriuntur controversiæ. **Quarum I.**

B 2

Num

Num computatio graduum hæc in successione feudi, secundum jus civile vel Canonicum fieri debeat? Priori subscribimus. (2)

(1) Secundum Dd. opinionem *in d. §. 7. Sch. ad pr. Inst. de her. q. ab intest. n. 8.* eaq; à Pontifice approbatur *d. c. ad sed. 35. q. 5. (2) tex. in 1. feud. 8. ibi:* Et olim observabatur usq; ad quartum gradum tantum. Unde apparet, quod fratres patruales jure feudali quarto gradu à se invicem distent, quæ est computatio juris Civilis *l. ult. §. quant. 15. vers. eod. grad. ff. h. t. §. 4. Inst. eod.* qui jure Pontificio distant secundo *d. c. 2. ad sed. vers. filij frat. caus. 35. q. 5. (2) propter tex. 2. feud. 37. ibi:* Eodem prorsus observando quantum ad ordinem gradus, qui continentur in ll. unde sequitur, supputationem talem secundum ll. esse instituendam (3) Ratio quia ll. hoc jure quando fit mentio *ναὶ ἐξοχῆν* subelliguntur Romanæ, argumento *§. 2. Inst. d. I. N. G. & C.* (4) quia ita se Feudista *2. f. 1.* explicat, dum ait: *Ubi casus emergit, qui consuetudine feudi non est comprehensus, ad legem scriptam recurrendum est* (5) huc facit, quod in qualibet successione regulariter gradus secundum jus Civile Dd. *in l. si avia C. de success. & Curt. Jun. par. 3. n. 66.* computentur Et (6) deniq; quod dinumeratio graduum à Canonistis observata, sit recentior, ab Alexandro II. qui Anno Christi 1061. vixit, introducta, *tex. in d. c. ad sed.* quoniam jus succedendi in feudis, quod ad Collaterales Const. Conrad. Salic. *1. f. 1.* qui Anno Christi 1089. mortuus est, productum est. *Diss. Fach. cont. 26. Rittersh. 1. parat. feud. c. 12. quest. 8. pag. 191.*

II. Utrum

II. Utrum autem eadem computatio  
Juri Saxonico competat, sub incudem re-  
vocare & affirmare, operæ pretium est?

*Landrecht l. 1. art. 3.* nisi quod in successione colla-  
teralium hoc subsit discrimen, quod conjunctus ex u-  
no latere tantum, uno gradu remotior sit utriq; con-  
juncto *d. art. 2. n. 20. Moll. const. 8. p. 18.* Idq; extenditur ultra  
fratres & fratrum liberos, ad quoscunq; etiam remotio-  
res *d. art. 3.* Ratio, quia nova persona alteri addita, no-  
vum gradum constituit *d. l. fin. 10. §. 9. & seq. ff. de grad.*  
(2) quia *const. 18. p. 3.* post med. ver. *des Vaters vnbürti-*  
*gen Bruder* / est approbata, & in decidendo à Facult.  
jur. Lips. mens. Febr. Anno 1614. observata. *Fachs. diff. 26.*  
*Gl. decis. 49. m. 9. & 17.* Et quidem in bonis allodialibus,  
non verò feudalibus, rebus expeditoriis, & utensilibus,  
in illis enim sola agnatio, in his cognatio sola attendi-  
tur. *Coler. d. dec. 49. p. 1. & 262. p. 2 Goldb. tract. de success. Ger.*  
*cap. de success. transv. n. 17. Moll. d. const. n. 8.* (2) Etsi olim  
quoq; fratres & fratrum liberi primi gradus non dicerē-  
tur *d. Landrecht l. 1. art. 3.* Tamen consuetudine ( licet ini-  
tio per rudes Scabinos inducta ut sentit gl. lat. *ad d. art.*  
*17. l. 1. Landr.* ) contrarium receptum *d. art. 3.* idq; Const.  
*Flect. 18. d. p. 3.* est approbatum fuit.

## XIV.

Cæterum cum Regula è prædicta Graduum suppu-  
tatione resultans in hæreditibus proximitatem  
Gradus (1) consideret, appositã subiicimus quæstionẽ:

B 3

Utrum

Utrum collaterales ad decimum tantum gradum admittantur? Negantibus calculum adiciamus. (2)

(1) *Nov. 118. c. 3. §. fin. §. si pl. s. Inst. de leg. ag. succes. respectu ascendentium d. No. ibi*: Si autem plurimi ascendentium vivunt, hos præponi jubemus, qui proximo sunt gradu. *junct. auth. defunct. C. ad Sen. Tertull. & Collateralium ultra fratrum filios d. Nov. 118. Heig. c. 5. de success. coll. n. 11. junct. Nov. 111. c. 3. vers. huiusmodi & vers. fin.*

(2) *propt. d. Nov. 118. c. 3. ibi*: Omnes deinceps à latere venientes & c. (2) quia utriusq; sexus differentia est sublata, *d. Nov. c. 4. Uti igitur ascendentes & descendentes in infinitum d. Auth. in success. C. d. suis & leg. Ita & collaterales sunt admittendi (3) huc facit tex. in l. ceterum 3. ibi*: quamvis longissimo gradu sint. *Inst. de leg. ag. success. (4) Ut taceam quòd fisco, nullis aliis heredibus existentibus, tum demum deferenda sit successio.*

XV.

Sed ad quem usq; gradum jure feudali agnati succedant? Insignis & utilis est quaestio: Nos eos in infinitum admittimus.

*Tex. est in c. 1. de nat. success. feud. ibi*. Ex latere omnes descendentes per masculos usq; in infinitum & c. admittuntur (2) *tex. in c. 1. si vas. feud. priv. ibi*: Et etiam usq; ad infinitum, dum tamen hoc constet, à eos per masculos descendisse. Ratio, quia & jus Civile eos in infinitum admittit, *d. N. 118. c. 3. §. 1. E. & jus feudale. Hart. Pist.*

l. 2.





*l. 2. quest. 19. n. 20. Secus tamen est jure Sax. caut. d. art. 3. l. 1.  
Val. Först. l. 8. de success. c. 9. n. 8.*

XVI.

Ad computationem juris Canonici transimus;  
tresq; subiicimus Regulas: Ex quibus in linea recta hæc  
traditur: Quot sunt personæ, una demta,  
computatis tamen intermediis, tot sunt  
generationes.

E. G. Si scire desideras, quoto gradu distet proa-  
vus à Petrutio, primo incipe à Petrutio, secundo à Pe-  
trutio ad patrem, ceu ad proximum unus est gradus &  
transitus, & intermedia persona prima à patre ad avū, ite-  
rū est transitus & gradus, & intermedia persona ab avo ad  
proavum rursus transitus & gradus, jam demto Petru-  
tio, qui gradum non constituit, sed cujus initium est, *se-  
cundum gl. in verb. item liberi l. fin. ff. de grad.* tres adhuc re-  
manebunt gradus & generationes. Distabit igitur se-  
cundum hanc R. proavus tertio gradu à Petrutio, Et li-  
cet hæc R. verbis tantum discrepet à R. juris civilis, Effec-  
tu tamen cum illa est eadem, Quia & hoc jure ut Pater  
ita & Filius primum gradum obtinet, *Schur. de grad. l. 7.  
pag. 486.*

XVII.

Secunda R. in linea Collaterali æquali talis traditur:  
Quoto gradu utraq; persona in Linea col-  
laterali æquali distat à communi parente  
(1) eodem gradu inter se distant.

(1) à

(1) à quo cæteræ personæ originem trahunt. (2) E. g. frater sejunctus est à comūni stipite & parente uno gradu inter agnatos, à fratre enim ad fratrem ex transverso unus est transitus, atq; sic unus gradus: distabit proinde frater & soror uno gradu à communi parente. Sic & fratrum liberi & sororum secundo gradu distant à stipite, ut ex figura Arboris patet, consequenter & invicem secundo gradu disjunguntur. Patet hinc, quod inter Lineam collateralem juris Civilis & Canonici sint differentia. Jus enim Civile, quoad Lineam obliquam, nullum primum *tex. in l. 1. & 9. ff. de grad.* uti jus Canonicū, gradum statuit *tex. in can. ad sed. causa 35. quest. 5.* Hinc quamvis frater & soror jure Civili sint in secundo gradu *l. stemmata 9. ff. d. t.* tamen jure Pontificio sunt in primo, idq; dilucidius numeris in arbore rubris expressis, demonstratur. (2) sic jure Civili in investigatione alicujus cognati ab eo est incipiendum, de cujus cognatione quæritur: jure verò Can. à communi stipite, *tex. in c. tua nos & c. fin. ext. de consang. & aff.*

XVIII.

Tertia R. In linea inæquali collateralium talis ponitur: Quoto gradu remotior distat à communi stipite; eodem transversales in æquales invicem sejunguntur.

*Tex. in d. c. fin. ext. de consang. & aff.* E. g. Si quæritur, Quoto gradu neptis fratris mei consanguinei, à me sit sejuncta i. considero, quænam persona inter me & neprem fraternam, utputa personas in Collaterali linea inæquali constitutas remotiori gradu à stipite distet? Est autem

rem neptis, hæc enim à stipite veluti à communi parente, tertio gradu est separata, intermediis duabus personis, fratris scilicet patris communis, qui ab eo primo gradu, & filii ejus qui secundo est, segregantur; Ergò neptis fratris mei consanguinei à me tertio gradu remota erit. Ex quibus iterum constat, quòd hæc R. à computatione juris Civilis distet: Avunculus enim à sororis filio duobus, qui de jure Civili tribus distat. Jure Sax. aliam esse computandi rationem patet ex *Landrecht l. 1. art. 7.* Eo n. jure à capite humano per collum, brachia & medii digiti articulos usq; ad unguem gradus cognationum disponuntur.

### XIX.

Quamvis autem graduum cognationis supputatio Civilis præferri debeat Canonice (1) tamen hæc in causis matrimonialibus recepta est (2)

(1) Sunt enim Regulæ prædictæ partim superflua, partim obscuræ, supervacua, imò ingeniorum cruces teste Borch. *de grad. p. 10.* (2) *Beust. de matr. p. 2. c. 51. in fin. Maus. de nuptiis p. 357.* Hinc in Provinciis Electoralibus matrimonia permittuntur in tertio Juris Canonici gradu lineæ æqualis, & in quarto lineæ inæqualis *Const. Elect. Mauritij sub Rb. von den Graden / darinne die Ehe verboten.* Modò hæ personæ non parentum, vel liberorum sibi invicem sint loco, *cui consent. constit. Elect. 22. part. 4.*

### XX.

Superest ut de affinitate (1) quædam adiiciamus: Ea v. potest describi: jus necessitudinis per nuptias (2) inter conjugem, & alterius conjugis cognatos (3) contractum.

C

(1) Di-

(1) Dicta q. fiat plurimum ad unum finem unitas.  
*Textor. in commen. de adf. n. 21. (2) Cuiacius in π. ff. ad t. de  
grad. Curt. 9. conje. tom. 1. c. 9. (3) tex. in l. non fac. 4. §. sed quo-  
niam. ff. de grad. Hinc dicuntur adfines, quod una persona  
ex diversa cognatione ad fines alterius, id est, vicinitate  
& proximitatem transit Dd. in l. fin. C. unde Lib. Quia autem  
adfinitatis gradus non jure Civili datur, sciendum hunc  
Tit. in π. male de gradibus ad finitatis legi. Harp. teste ad  
pr. Inst. d. gr. n. 7. Pac. cent. 6. qu. 71. Dis. Arum. Ex. Inst. 2. t. h. 14.*

X X I.

Cum autem tria sint adfinitatis genera (1) & cer-  
tae personae nobis sint vel parentum vel liberorum loco  
(2) ideo ut scire possis, quo sibi aliquis gradu sit, hanc  
observabis Regulam. (3)

(1) Primum genus affinitatis cognoscitur hoc mo-  
do: Quando persona per carnis copulam addi-  
tur personae alterius consanguinei vel consanguineae,  
talis persona sic addita personae primum genus adfinita-  
tis constituit. E. g. Consanguineus meus ducit Bertam,  
& sic persona Bertae sociatur personae consanguinei  
mei per carnis copulam. Ideo talis Berta sic sanguini  
meo juncta, est mihi in primo genere adfinitatis, & non  
solum mihi, verum etiam omnibus aliis consanguineis  
consanguinei mei, a quo fuit cognita in primo genere  
affinitatis. Ratio vero, cur primum genus dicatur, haec  
dari potest, quod surgat a prima propinquitate, vel a  
prima copula, & una persona mediante contrahitur.  
Secundum genus affinitatis ita cognoscitur: Quando  
persona interveniente copula carnali, additur adfinita-  
ti primi generis, seu personae quae est mihi adfinitis in  
primo

primo genere adfinitatis, talis persona addita est mihi  
in secundo genere adfinitatis. E.g. Sempronia uxor fra-  
tris mei, est mihi in primo genere adfinitatis, per primā  
Regulam: mortuo fratre meo hac Sempronia cogno-  
scitur à Cajo, quo casu hic Cajus est mihi & omnibus a-  
liis consanguineis primi mariti in secundo genere adfi-  
nitatis, quia Cajus est persona, quæ mediante copula  
carnali jungitur affinitati primi generis, seu illi personæ,  
scilicet uxori quondam fratris mei, quæ nobis est adfi-  
nis in primo genere adfinitatis. Secundum autem dici-  
tur, quia secundo loco post primum duabus perso-  
nis mediantibus contrahitur. Tertium genus affinitatis  
ita cognoscitur, quando persona mediante carnali co-  
pula additur adfinitati secundi generis, seu personæ quæ  
est mihi jūcta in secundo adfinitatis genere, talis perso-  
na addita mihi est in tertio genere adfinitatis. E.g. Con-  
sanguinea mea accepit virum, ille est mihi in primo ge-  
nere adfinitatis, deinde mortua mea consanguinea, ille  
accepit aliam uxorem: illa secunda uxor est mihi & con-  
sanguineis meis in secundo genere adfinitatis. Si jam il-  
le vir moritur, & illa accipit alium virum, tunc ille ter-  
tius vir, est mihi & aliis de consanguinitate mea in ter-  
tio genere adfinitatis. Dicitur autem tertium genus, quia  
in tertio loco & mediantibus tribus personis contrahi-  
tur. *Tex. Oliv. in com. de adf. n. 26. 27. 28. & seq. Dn. Schn. in t.  
de nup. cui adde gl. in c. non debet in verbo secūdo. ext. de consf.*  
(2) quas recenset Hott. *in tr. de cast. nup. p. 4. pag. 249. 251. &  
seq.* (3) Consanguinei uxoris quoto gradu uxori sunt jure  
consanguinitatis, eodem gradu sunt marito jure adfini-  
tatis, & è contra, *tex. in can. porro 35. quest. 5. Schn. ad t. d.  
Nup.*

Nup. §. quot sunt genera adf. n. 10. Plura de forma, cellu-  
lisq; arbori huic insertis, videantur apud Host. in summ.  
hujus tituli de adf. n. 9. & seqq.

SOLI DEO GLORIA.

Ad Disputatorem Graduum  
M. SIXTUM VVILHELMUM  
ROMANUM,

**R**OMANI Patruī sequeris vestigia rectē,  
Qui complet famā Solis utramq; domum.  
Et nunc Lipsensem fovet atq; illuminat Orbem,  
Justum suppeditans liberiore manu.  
Et Patris sequeris vestigia Consulis, urbem  
Numburgam salvam qui facit, atq; regit,  
Arte Machonia excellens, & Juris in arte,  
Propterea gemino dignus honore manet.  
Nimirum transit Generis cum semine virtus,  
Atq; ausu monstrat nobiliore Satum:  
Perge Gradus Generis rectē cognoscere, perge,  
Ut capias summum Juris in Arte Gradum.  
Id Pater & Patruus votis ardentibus optant,  
Sic dignus Genere hoc, & Generosus eris.

*Cunradus Bavarus,*  
*Poët. Profess.*

Gratulando acclamabat.


ULB Halle  
006 682 146

3




KD 77









ca 1630/30

IO

*M*

BUS

1630/11

12

NUM,

INITATIS

IS

UCE

*ademia*

datissimæ Fa-

ANCISCI RO-

reliquorum

orum.

*2 1/2*

, Lipsiensi,

D.

OMANUS,

*qq. in Acroa-*

Oswaldus.

21.

2.

